

CAPUT XLV.

De pollutionibus nocturnis.

(S. Gregor. *epist. ad S. Augustinum*, cap. 11.) Quærendum est utrum post illusionem quæ per somnium solet accidere corpus et sanguinem Domini quislibet accipere valeat, aut si sacerdos sacra mysteria celebrare debeat an non. Ad hæc respondendum est quoniam in Veteri Testamento pollutum nisi prius lotum aqua usque ad vesperum intrare in ecclesiam non conceditur. Quod tamen aliter populus spiritalis intelligens sub eodem intellectu accipit, quia quasi per somnium illuditur qui tentatus vanis imaginibus immunditiæ in cogitatione inquinatur. Sed lavandus est aqua, ut culpas cogitationis lacrymis abluat. Et nisi prius ignis tentationis recesserit, reum se usque ad vesperum recognoscat. Sed est in eadem illusionem necessaria valde discretio, quæ subtiliter pensare debeat ex qua re accidat menti dormientis. Aliquando enim ex crapula, id est ex nimio cibo vel potu, aliquando ex naturæ superfluitate vel infirmitate, aliquando ex cogitatione contingit. Et quidem cum ex naturæ superfluitate vel infirmitate evenerit, omnimodo hæc illusio non est timenda; sed ille qui pertulit, se ipsum ac vestimenta sua aquis emundans, licite misterium

A peragat et ad sacra mysteria devotus accedat. Cum vero ultra modum appetitus gulæ in sumendis alimentis rapitur, atque idcirco humorum receptacula gravantur, habet exinde animus aliquem reatum, non tamen usque ad prohibitionem percipiendi sacri mysterii vel missarum solemniam celebrandi, cum fortasse aut festus dies exigit, aut exhiberi mysterium, pro eo quod sacerdos alius in loco deest, ipsa necessitas compellit. Nam si adsunt alii qui implere illud officium valeant, illusio per crapulam facta a perceptione sacramenti prohibere non debet, sed ab immolatione sacri mysterii abstinere, ut arbitror, humiliter debet, si tamen dormientem turpis imaginatio non concusserit. Nam sunt quibus plerumque ita illusio nascitur ut eorum animus etiam in somno corporis positus turpibus imaginationibus non fœdetur. Si vero ex turpi cogitatione vigilantis oritur illusio, mentem dormientis radix fœdat coinquinationis. Quia quod cogitavit sc'ens hoc pertulit nesciens. Iste talis non debet accedere ad percipiendum vel consecrandum corporis et sanguinis Christi sacramentum quousque pœnitentiæ et abstinentiæ biduana vel triduana satisfactione purgatus et aqua ablutus mundetur, et sumente corpore purus ad tam sacratissimum mysterii munus accedere festinet immunis.

ANNO DOMINI DCCCLXVII.

WALTERIUS

AURELIANENSIS EPISCOPUS.

WALTERII CAPITULA (a)

Promulgata in synodo apud Bullensem fundum secundo ordinationis ejus anno, vii Kal. Junii, celebrata.

CAP. I. — *Quomodo archidiaconi presbyteros discutiant.*

(*Ilinem., Capit. dat. decanis.*) Ut archidiaconi per

C sibi commissas parochias, diligenter (b) discutiant presbyterorum fidem, baptismum, et missarum celebrationem: quatenus rectam fidem teneant; bapti-

LUDOVICI CELLOTII NOTÆ

(a) Horum capitulorum auctor Walterus, sive Gualterus Aurelianensis episcopus, in concilio nostro Duziacensi cum cæteris iudex sedit, et sententiam dixit adversus Laudunensem Hinemarum, subscriptusque in eo legitur « Walterus humilis Aurelianorum episcopus: » quemadmodum postea in Pontigonensi, « Walterus humilis Aurelianensis Ecclesiæ episcopus: » unde viri optimi modestiam, et ex modestia cæterarum virtutum cumulum intelligimus. Ex hac autem synodo pastorem sollicitudinem et ecclesiasticæ disciplinæ observationem habemus, qua majorem nec Hincmarus ipse, nec Isaac Lingo-nensis Parduli olim diaconus eodem argumento posteritati transmiserunt: ut ex his capitulis patet, quæ cum aliis aut committi aut conjungi, tibi lector,

spero injucundum non fore. Quibus etiam Theodulphum adjiciemus et ipsum Aurelianensem, cujus epistolam ad clerum Ecclesiæ suæ scriptam ex editore Baronio suos in Annales Carolus Sausseus transtulit (*Annal. eccl. Aurel.*, l. vi). Quanquam suo antea loco non defuerat Sirmondus (*t. II Conc. Gall.*)

Ad tempus collectæ diocesanæ hujus synodi, et latorum capitulorum quod attinet, nihil certum possumus edicere, deficiente in titulo et Dominicæ incarnationis, et indictionis nota, quam religiose ætas illa signavit. « Secundo, » inquit, ordinationis suæ anno. »

(b) *Discutiant presbyterorum fidem.* Non multum discedit.

sma catholicum observent; et missarum preces bene intelligant: psalmos digne secundum divisiones versuum modulentur; (a) et Dominicam orationem cum symbolo et fide catholica ipsi intelligant, et omnibus bene pronuntiare diebus feriatis insinuent ad intel-

ligendum: ut sciat unusquisque quid petat ad Dominum. Et ut *gloria Patri, et Filio et Spiritui sancto*, (b) et *Credo in unum Deum*, apud omnes ad missam decantetur. Et ut ipse sacerdos cum sanctis angelis et populo Dei una voce, *Sanctus, sanctus,*

LUDOVICI CELLOTII NOTÆ.

anno. » De primo quid divinabimus? Agius quem horum temporum frequentissima concilia fecerunt celebrem, non ultra Suessionense III subscriptus reperitur anno 866. Illi successit in Aurelianensi throno Anselmus, solo nomine notus, in nullo concilio, ne Tricassino quidem anno 867 repertus; quandiu sederit, penitus obscurum est. Qui octo annos sedis assignant, et usque ad annum ejus sæculi 76 extendunt: qui Walterum anno 885 affligunt, si de sedis initio volunt intelligi, extra lineam currunt: et utriusque ex concilio nostro Duziacensi manifeste refelluntur, in quo Walterius sententiam dixit. Itaque si justis terminis Anselmi sedem circumscribere volumus, ad investigandum Walterii exordium, faciamus anno sæculi ejus 67 ipsum ad pontificatum adisse, anno saltem 69 desiisse debuerit. Ut cum Walterus 70 inchoet, et sequente in Duziacensi concilio sedeat. Jam quo Christi anno capitula hæc ediderit, pronuntiare facie est, « Anno secundo ordinationis suæ, » ait titulus: ergo anno Christi 71 ante celebrationem concilii Duziacensis, quæ mense Augusto facta, non ægre Aurelianensi episcopo spatium concessit convocandæ synodi diocesanæ mense Maio. Et hæc ex conjectura, donec certius aliquid de Anselmi obitu doceat historia.

discedit hoc capitulum ab Hincmariano item primo; atque universe quid archidiaconi a presbyteris exigere debeant, episcopo renuntiare singulis annis quando parochias abeunt visitando, Hincmarus idem articulis 20 complectitur (tom. III *Concil. Gall.*, p. 623). Vult præterea ut « sermonem Athanasii de fide, cujus initium est, Quicumque vult salvus esse, memoriæ quisque commendet, et sensum illius intelligat, et verbis communibus enuntiare queat. » Herardus Turonensis idem præcipit in capitulis (*Herad.*, capit. 16, tom. III *Conc. Gall.*, p. 412), eaque omnia non tantum a presbyteris, sed etiam ab ipso populo memoria teneri cupit, et cani publice. « De oratione Dominica et Symbolo, ut memoriter teneant, et Gloria Patri, ac Sanctus, atque Credulitas, et Kyrie eleison a cunctis reverenter canatur. Psalmi similiter distincte a clericis. » Quæ sit illa Credulitas, si distinguitur a Symbolo apostolorum, dici non potest alia, meo judicio, quam Symbolum Athanasii.

(a) *Orationem Dominicam cum Symbolo.* Apostolorum videlicet, non eo de quo mox in missa recitando. De quo et in Capitulari Caroli Magni præcipitur (l. VI, c. 171, 172). « Ut annuntient presbyteri omnibus fidelibus sibi subjectis symbolum et orationem Dominicam, ut Spiritus sancto illustrante salventur. » Et mox ut nemini liceat infantes de sacra fonte suscipere, nisi qui « memoriter Symbolum et orationem Dominicam tenuerint: » Quod ad eorum explicationem pertinet populo tradendam, vult idem capitulare, « Ut nullus sit presbyter qui in ecclesia publice non doceat lingua. » Vide et Theodulphi Aurelianensis epistolam eadem omnia suadentem.

(b) *Et credo in Deum, apud omnes ad missam decantetur.* Est enim æquum, ut ad mysterium fidei conficiendum et percipiendum publica fidei professione animos nostros comparemus. Ita Christus Dominus beneficium sanitatis rogantes sæpe ad fidei exercitium provocavit, ut in muliere Chananæa, in centurione, in Lazari sororibus videre est, et in patre pueri lunatici, exclamante, *Credo, Domine, adjuva incredulitatem meam* (Marc. IX). Cæterum de

Symboli recitatione, ut nova, et nondum apud omnes usu corroborata præcipit auctor capitulorum, quam tamen Walafridus Strabo videtur ut antiquissimam agnoscere (*de Reb. eccles.*, c. 22), et a Græcis ad Romanos, ac deinde ad Hispanos profectam: apud Gallos autem et Germanos Caroli magni tempore, damnata per Hispanias Felicis Urgelitani hæresi, idem symbolum « latius et crebrius in missarum cœpisse officio iterari. » Antea igitur aliquibus saltem in locis, licet rarius, usurpabatur. Græcos denique Constantinopolitanos, concilii sui Symbolum, Nicæno prætulisse, quia et aptius est ad modulationem, et « ut contra hæreticorum venena, in ipsis etiam sacramentorum celebrationibus medicamenta apud regiæ suæ urbis sedem confecta fidelium devotio celebraret. » Verum Berno Augiensis in causa ejus canendi cum eo convenit, in tempore longe discedit, cum narrat (l. *de quibusd. Reb. ad miss. pertinentibus*, c. 2), absque ulla Græcorum mentione, Benedicti III tempore ab Henrico I imperatore interrogatos Romanos clericos, cur a symbolo intermissarum solemnia recitando abstinerent? respondisse, « Quod Romana Ecclesia non fuisset aliquando ulla hæreseos fæce infecta, sed secundum sancti Petri doctrinam, in soliditate catholicæ fidei permaneret inconcussa: et ideo magnis his necessariis esse, idud symbolum sæpius cantando frequentare, qui aliquando ulla hæresi potuerunt maculari. » Quibus auditis institit, atque impetravit a Benedicto pontifice imperator, ut in posterum Romæ Symbolum ad publicam missam decantaretur. Id factum est anno Christi 1014, Henrico a coronatione sua adhuc recente.

Itaque cum ex illis auctoribus exploratam habeamus ejus moris causam, non sine ingenti Romanæ Ecclesiæ principis et magistræ ecclesiarum omnium gloria, quam per Liberium et Honorium obscurare conantur hæretici. tempus illius institutionis, aut potius celeberrimæ frequentationis in Ecclesia Gallicana sumendum videtur ex eo congressu legatorum cum Leone III pontifice, quos Carolus Magnus Romam ad eum misit, referturque a Baronio (*ad Ann.* 809, tom. IX): cujus summa hæc est, toleratam fuisse ab ipso Leone potestatem canendi apud Gallias Symboli, at non addendæ in eo vocis *Filioque*, quæ contentionem crearet. Quamobrem dedisse consilium, « Ut paulatim in palatio, inquit, quia in nostra sancta ecclesia non cantatur, cantandi consuetudo ejusdem symboli intermittatur: sicque fiat ut quod in ipsum ut cantaretur, non quælibet imperantis auctoritas, sed potius audiendi id fecerat novitas, si dimittatur a vobis, dimittetur ab omnibus. » Addunt Annales non tantum eam Symboli recitationem non fuisse tunc a papa probatam, sed etiam publica ejus Græce et Latine in æs incisi testificatione monstratum. non placere sibi quatuor syllabarum additionem, ut intelligamus jam tum retinentissimam antiquitatis fuisse Romanam Ecclesiam, nationem vero nostram novitatis amantissimam. Tam parum enim persuasit nostris hominibus Leo quod optabat, omitti Symbolum, ut potius clarissimi antistites illud ubique ab omnibus cantari jusserint: eventu quidem felicissimo et gloriosissimo, cum utrumque secuta deinde sit et Romana et universalis Ecclesia, ut et symbolum decantetur ad missam, et particula *Filioque* addatur, de qua in concilio Florentino multa disputantur: sed fatendum est periculosam semper esse novitatem, et non raro in ea inducenda peccari.

sanctus (a) ad missam decantet. Et omnimodis dicendum est presbyteris (b) ut arma non portent; sed magis se confidant in defensione Dei quam in armis.

CAP. II. — *Quomodo per archidiaconos vita et doctrina presbyterorum cardinalium investigetur.*

(*Capit. Car. M.* l. v, c. 412). Ut per archidiaconos (c) vita, intellectus, et doctrina cardinalium presbyterorum investigetur. Vita scilicet modestiæ, et sobrietatis, ac studium religiosæ conversationis in

LUDOVICI CELLOTII NOTÆ.

α Καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἄμα εἰπέτω. Ἄγιος. ἄγιος, ἄγιος, Κύριος Σαβαώθ.

(b) *Ut arma non portent.* « Non enim qui reliquimus sæculum, ut ait Moguntinum concilium (c. 47), id modis omnibus observare volumus, ut arma spiritalia habeamus, sæcularia dimittamus. » Militares igitur animos qui bellis assiduis undique circumstrepentibus in clerum irruerant, episcopi necesse habuerunt infringere, et ex clericorum omnium manibus arma excutere, ut factum Meldensi concilio (*can. 37*), cui Hincmarus recens ad episcopatum eVectus interfuit, quo decretum est: « Ut quicumque ex clero esse videntur, arma militaria non sumant, nec armati incedant: sed professionis suæ vocabulum religiosi moribus, et religioso habitu præbeant. Quod si contempserint, tanquam sacrorum canonum contemptores, et ecclesiasticæ sanctitatis profanatores, proprii gradus amissione multentur: quia non possunt simul Deo et sæculo militare. » Quapropter severe interdictum ne in seditione arma sumant (*Capit. Car. M.* l. vi, c. 248 et 235). « Ut clerici qui in quacunque seditione arma volentes præsumperint, reperti amisso ordinis sui gradu in monasterio pœnitentiæ contradantur. » Et quoniam per ea tempora episcopis et presbyteris initio non erat prælio interdictum, notabile est laicos ipsos et milites supplicare imperatori Ludovico, « ut episcopi deinceps, sicut hactenus, non vexentur hostibus, sed quando vos nosque in hostem pergimus ipsi propriis resideant in parochiis, Deoque fideliter famulari studeant. Quosdam enim ex eis in hostibus et præliis vulneratos vidimus, et quosdam periisse cognovimus. Novit Dominus quando eos in talibus videmus, terror apprehendit nos, et quidam ex nostris timore perterriti propter hoc fugere et inimicis terga vertere solent, » etc. « Quam formam et de sacerdotibus tenere optamus, id est, ut nec illi in hostem (deest *pergant*), nisi benedicti, et ipsi electione atque permissione proprium episcoporum, qui tamen tales sint, de quorum scientia; et vita, ac conversatione omnes securi esse possimus. » Vetat igitur Walterius ne quis clericus tutelæ suæ prætextu arma ferat, quibus alteri nocere possit.

(c) *Vita, intellectus et doctrina cardinalium presbyterorum investigetur.* Cardinales presbyteri sunt addicti et incardinati ecclesiis, in quibus moventur quidem ut omnibus provideant; sed ita tamen ut ab illis non moveantur. Et quia cardo rerum omnium præcipua pars dicitur, præcipui et primarii earum ecclesiarum presbyteri sunt, quos parochos sive curatos appellamus. In eorum vitam sive mores, et intellectum, atque doctrinam vult episcopus diligenter inquiri. Hæc duo quemadmodum recte distinguat, equidem non video. Nam quod dici potest, intellectus ad propriam scientiam pertinere, quam peritus sit, quam catholice mysteria fidei mente complectatur; doctrina vero, ad erudiendam plebem, quam facile, quam illuminate et aperte animi sui sensa inter concionandum explicet; refellitur ex eo, quod in utroque capite popularem institutionem requirat. Si tamen capituli verba diligenter attendimus, intel-

lectum, speculationi dabimus et fidei mysteriis: doctrinam, virtutum praxi: quæ utræque partes ad docendum populum sunt necessariæ: ut bene credendo, et agendo Christiani nomen quod præfert, expleat. Quæ licet impropria sit verborum significatio, non est tamen in corrupta Latinitate cur meliorem requiramus.

Tria igitur in intellectu parochi indagabit archidiaconus, ut peritus sit, quod habet a libris et studio: ut bene de catholicis mysteriis sentiat, quod a vera theologia accipit: ut quæ bene sentit intelligenter diserteque enuntiet, cujus facultatis potissimam matrem naturam agnoscimus. In paucis presbyteris fuisse primum ut credamus, facit illa, si sic loqui fas est, religionis per ea tempora barbaries, librorum penuria, bellorum assiduæ clades, armorum circumstrepentium, tumultus: quæ omnia nemo non videt quam sint litterarum studiis inimica. In secundo, peccarunt gravissime Colluthus et Arius apud Alexandriam privatarum ecclesiarum rectores, qui præfecturæ suæ abusi potestate, parochianos suos primum schismate ad invicem, deinde hæresibus ab Ecclesia dividerunt. Et Colluthiana quidem factio in ipsis pene incunabulis oppressa parum nocuit. Arius autem pertinacior et furiosior, externa modestiæ specie, pellaci affabilitate, ementita benignitate sacras primum virgines magno numero, tum sacerdotes duodecim, suis dementavit erroribus: demum ad episcopos ipsos penetrans, totam pessumdedit Ecclesiam, quæ omnia fusius narrat Epiphanius (*hæres. 69*). Tertium sine dubio iis defuit de quibus Caroli Magni capitulare sic decernit (l. vi, c. 182): « Nullus sit presbyter qui in ecclesia publice non doceat lingua quam auditores intelligant, fidem omnipotentis Dei in unitate et trinitate simpliciter credere. Si vere ipse verbis manifeste explicare non poterit, petat sibi ea a doctiore taliter transcribi, qualiter aperte legat, quod qui audiunt intelligant: et qui amplius non poterit, vel his verbis admoneat. Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cœlorum. » O stupendam sæculi imperitiam! ac nisi tum disciplinarum studia in claustris conservassent monachi, atque illustres doctrina episcopos urbibus et provinciis dedissent, qualem habuissent majores nostri ecclesiam?

Doctrina, qualem vult hic auctor, præcipuum habet in moribus et vita fundamentum. Nemo enim virtutem alios bene unquam docebit, qui prior eam non exerceat: et *tardiores* bubulci et agasones ad quorum animos verba auribus commissa non penetrant, oculis non ægre percipiunt faciendum esse, quod fit a prælatis Qui proinde tenentur pastorem et episcopum animarum nostrarum imitari, qui *cæpit facere* primum, tum *docere*. Hoc pervidit Herardus Turonensis (cap. 107), qui omissa scientia quam in presbyteris alii desiderant, in vera vitæ sanctitate pedem figit, « Ut presbyteri sicut ordine sanctiores; ita verbo, incessu, et actu sint reverentiores: quia celsitudo graduum graviorem peccati faciunt cumulum. »

generis : passus, sepultus, et tertia die resurrexit, et ascendit in cœlos : et quomodo iterum venturus sit in maiestate divina iudicare vivos ac mortuos, secundum merita propria. Et quia una erit resurrectio mortuorum ; et quod impii propter scelera sua cum diabolo in ignem æternum mittantur : et iusti cum Christo et sanctis angelis in vitam æternam. In doctrina vero, qualiter eos qui tardiores sunt, de fide, spe, charitate, cæterisque virtutibus verbo et probabil exemplo eos qui indigent, possit instruere, secundum evangelicam et apostolicam, atque canonicam instructionem, qualiter indeclinabiliter vivant et a quibus vitiis eos oporteat abstinere, ne cum diabolo in æternam damnationem demergantur.

LUDOVICI CELLOTII NOTÆ.

(a) *Ut juxta sanctorum Patrum interdicta.* Putidæ fuerit diligentia interdicta illa conquirere, et in fascem unum colligere, cum numero sint infinita, et in pervolutandis conciliis quocumque te verteris occurrant canones indebitum feminarum accessum presbyteris prohibentes. Non revoco ἐπιτοκίαις illas tantopere primis temporibus a concilio Nicæno, ab Augustino, Hieronymo, Gregorio, innumeris aliis improbatas. Taceo relictarum post susceptos ordines conjugum periculosam conversationem, cujus exemplum illustre dedit Genebaudus Laudunensis, « vir carne nobilis, tamque sacris quam sæcularibus litteris eruditus, » qui, ut præclare narrat Flodoardus (l. i Hist., c. 17) ; « de anteacta vita nimium gradusque sublimitate confidens, ab uxore quam reliquerat, incaute, quasi pro instruenda ea visitari se permisit. Sed contigit ut frequentes mulieris visitationes blandaque colloquia, durum validumque contra libidinem pectus emollirent episcopi, et quasi rupem de loco sanctitatis ad cœnum transferrent luxuriæ. » Hæreo in nostris. Capitulare Caroli Magni admonet (l. i, c. 98), « Statutum esse ab episcopis, de presbyteris qui feminas secum indiscrete habitare permittunt, ut si admoniti non se correxerint, velut contemptores sacrorum canonum canonica invectione feriantur. De accessu et frequentatione, ac cohabitatione clericorum cum feminis » ait Hincmarus noster (Capit. an. 852, c. 21) ; « Unde secundum sacros canones in omnibus synodis specialiter interdiximus, firmiter et expresse atque sollicitate a nobis et a ministris nostris est inquirendum. » Quam in rem non pauca subjungit more suo. Et alio in capitulari (Capit. an. 874, c. 3) postea queritur ea monita nihili a parochis fieri : « Jam vobis capitulum ex sanctis Scripturis et catholicorum dictis donavi, de inconvenienti accessu, et indebita familiaritate ad feminas. Sed video quosdam vestrum illud parvi pendere : unde iterum in conventu vestro volo recitari. » Et quæ sequuntur. Herardus Turonensis brevius (Capit. c. 19) : « Ut conversationem feminarum, earumque accessum et administrationem exsecrentur. Sin alias, velut contemptores canonum ab ordine deponantur. Et quibus ministrare necessaria decernunt, longe eis domos prævideant, in quibus non per se, sed per ministros subsidia porrigant. » Plura vide apud collectionem Antonii Augustini (l. vi, tit. 30 et seq.) et omnia in opere peculiari Theophili Raynaudi viri undecunque doctissimi, qui hoc argumentum religiosis æque ac sæcularibus presbyteris necessarium, totum penitusque nuper exhaustit (l. de sobria frequentat., etc.) Inscribitur quippe, *Dissertatio de sobria alterius sexus frequentatione, per sacros et religiosos homines.*

(b) *Ita quibus Deo ministrandum est, indumenta.* Hoc ad decorem domus Dei tanti facit Hincmarus (Capit. visitat. a 4 et 6), ut in parochorum per de-

CAP. III. — *De mulierum conversatione presbyteris vitanda.*

(Conc. Nic. can. 3 ; Theodulfi *epist. ad cler.*, c. 12). (a) Ut juxta sanctorum interdicta Patrum mulus sacerdotum quamlibet sexus muliebris in domo sua cohabitare permittat : neque sine arbitris, vel testibus idoneis cum aliqua solus loqui præsumat : ne forte sibi, aut alicui famulorum derogationis suspicio oriatur.

CAP. IV. — *Ut presbyter omnia munda habeat.*

(*Ibid.*, cap. 4.) Ut unusquisque presbyter, sicut munditiam animæ et corporis habere salubriter admonetur, (b) ita quibus Deo ministrandum est indumenta, et altaris ornamenta, c absidamque circa

B canos interrogatione duos ea de re format articulos. « Qualia sint indumenta altaris, quot nova, et quot vetusta, qualiter nitida. » Et mox ; « Qualia aut quot sacerdotalia vestimenta habeat, et qualiter sint nitida, aut in nitido loco collocentur. » Capitulare Caroli Magni eodem honoris divini amore jubet (l. i, c. 152) : « Ut presbyteri per parochias suas feminis prædicent, ut lintheamina altaribus præparent. »

(c) *Absidamque circa altare.* Apsidam melius sive chorum ecclesiæ, ut modo vocamus, quo altare continetur et clauditur, vult esse quam mundissimum, tum quia in eo maxime sacramenta tractantur, tum quia sacramentis præsentibus angeli semper assistunt. Tertiam rationem possumus addere, quia eo loco sanctorum reliquiæ collocari solent. Sic enim apud Gregorium Turonensem (l. x, c. 31). Tetricus Lingonensis episcopus præcessori suo S. Gregorio condendo « ante altare basilicæ fundamenta jacet, erectamque apsidem unico opere construit et transvolvit. Ea vero transvoluta disruptoque pariete, arcum ædificat. Quod opus cum esset perfectum atque ornatum, postquam in media apside locum fodit quo corpus beati Patris transferre volebat, » etc. Apsis autem sive apside, dicitur a fornice et arcu, sive quia in modum arcus erodundatur locus ille, sive quia fornice desuper contegi et concamerari solet. Neque alium credidi semper esse locum qui Constantinopoli Trullus vocatus est, ubi concilium illud famosum celebratum in Trullo. Non est dubium quin fuerit erecta in apside sedes episcopi, ut etiamnum hodie in cathedralibus ecclesiis eminere solet : neque negari debet ad eam apsidem gradibus conscensum fuisse, ut *apsidæ gradatæ* bene nominentur ab Augustino ; sed probare non possum, quod eo Augustini loco sic utuntur plerique, ut credant ipsam apsidem esse cathedram, cum utrumque manifeste distinguat, scribens episcopo Donatistæ Maximino ad infringendam schismatici superbiam ex dignitate et sæculari pompa profectam (*epist.* 203) : « Transit honor hujus sæculi, transit ambitio. In futuro Christi iudicio, nec absidæ gradatæ, nec cathedræ velatæ, nec sanctimonialium occurrentium atque cantantium greges adhibebuntur ad defensionem, ubi cœperit accusare conscientia, et conscientiarum arbiter iudicare. » Et alibi ad Albinam religiosam feminam de tumultu in ipsa ecclesia excitato. « Ad nostra subsellia, relicta turba redieram. » Et mox (*epist.* 225) : « Dicebam ego quibus poteram, qui ad nos in apsidem honoratioribus et graviores ascenderant. » Certe in cathedram episcopi non ascenderant, sed in locum ubi constituta erat, ut apsis cathedram contineat, neque nisi figurate pro cathedra sumatur. Sic explicandus canon (32) concilii Carthaginensis (III) : « Cujuscunque pœnitentis publicum et vulga-

altare, vel potius, imo totam ædem ubi sacramenta tractantur: et ubi sanctorum semper est præsentia angelorum, nitidissime et reverenter custodienda prævideant: ne forte cum missi e latere nostro una cum archidiacono illuc venerint, aliquid reprehensibile inveniant, unde severius fraternitatem cujuspiam redarguere compellamur.

CAP. V. — *Ut vasa sacra non dentur in pignus.*

(*Capit. Car. M.*, l. I, c. 94; Herard., *capit.* 20.)

(a) Ut nullus sacrum vas, aut aliquid Deo sacratum loco pignoris dare præsumat: nisi causa redimendorum captivorum, aut in restauratione sarta tectorum ecclesiæ. Et hoc ipsum ne fiat nisi per licentiam episcopi. Et ut res ecclesiæ quæ a fidelibus sunt oblatae, nullus distrahere præsumat.

CAP. VI. — *Ut unusquisque presbyter clericum et scholam habeat.*

(Hincm., *Capit. an.* 874, cap. 5.) (b) ut unusquis-

LUDOVICI CELLOTII NOTÆ.

tissimum crimen est quod universa Ecclesia noverit, ante absidem ei manus imponatur. » Ut peccato publice noto publica respondeat satisfactio, non descendat ad pœnitentium locum episcopus, quasi verecunde reconciliaturus, sed ad episcopum reus ascendat in apsidem eminentem, ibique spectantibus omnibus e cathedra sua episcopus manum reconciliatoriam imponat.

(a) *Ut nullus sacrum vas.* Sic Herardus Turonensis (c. 20): « De vasis et vestimentis ecclesiasticis pro pignoribus absque licentia episcopi non dandis, et datis recipiendis. » Idem vetat aliis verbis Hincmarus (*Capit. an.* 852, c. 41): « De sacris ministeriis ad vadum non dandis. Ut nullus presbyter præsumat calicem, vel patenam, aut pallam altaris, vel vestimentum sacerdotale, aut librum tabernario, vel negotiatori, vel cuilibet laico, vel feminæ in vadimonium dare. » Idque probat non licere a pari. Sacerdos cum sacris vestibus ad profanum populi colloquium progredi vetatur: non potest per canones tabernas ingredi ad bibendum: vasa sanctificata prohibetur dare immundis ad contingendum: quanto minus in vadimonium? Et hæc omnia ex capitulari Caroli Magni (l. I, c. 94, et l. V, c. 172) ducta pravam consuetudinem corrigente. « Quæ transgressio » inquit Ludovicus Pius, « et tempore genitoris nostri, et nostro, in conventibus episcoporum, secundum auctoritatem canonicam, prohibita, sed necdum ad correctionem plene est perducta. » Quid est igitur quod nonnulli historici scribunt a sanctissimo regum nostrorum e Syria in Franciam redeunte, relictam Saracenis hostibus sacrosanctam hostiam in pignus? Scio id a Joinvillæo reticeri, negari præcise ab aliis. Non desunt tamen qui affirmant in ejus facti memoriam vulgo in tabernis meritoriis per Palæstinam pictam videri eucharistiam, et ejus figuræ rationem quærentibus, Franci regis factum enarrari ab incolis. Quod in medio relinquimus.

(b) *Ut unusquisque presbyter suum habeat clericum.* Vitæ socium, sacrorum ministrum, scholæ magistrum, successorem futurum. Et hoc quæri vult a parochio Hincmarus (*Capit. ad Decan.*): « Si habeat clericum, qui possit tenere scholam, aut legere epistolam, aut canere valeat, prout necessarium sibi videbitur. » Ejusmodi clericos, nutritos vocat alibi (*Capit. an.* 874): « Si vos bene viveretis, et vestros nutritos in bona vita et in bona conscientia nutre-
tis, non vobis esset necesse et vestra perdere, et vos ipsos in damnationem mittere. » Nec minus Herardus scholas vult a presbyteris institui (*Capit.* 17)

que presbyter suum habeat clericum, quem religiose educare procurat. Et si possibilitas illi est scholam in ecclesia sua habere non negligat: solerterque caveat, ut quos ad erudiendum suscipit, caste sinceriterque nutriat.

CAP. VII. — *De libris ecclesiasticis, et de eucharistia semper habenda.*

(*Capit. Car. M.*, l. VI, c. 227; l. I, c. 161.) Ut libros ecclesiasticos, Missalem videlicet, Evangelium, Lectionarium, Psalterium, Antiphonarium, Martyrologium, et Homeliarium, per quos se et alios informare debent, habeant. Et per libros bene correctos emendent, ne opus Dei cum desidia facere videantur. Ut unusquisque capitula de majoribus vel minoribus vitiis, seu etiam virtutibus, per quæ cognoscere possit, vel prædicare subditis suis ut caveant ab insidiis diaboli. (c) Et ut semper eucharistiam presbyter habeat paratam, ut quando quis in-

« Ut scholas presbyteri pro posse habeant, et libros emendatos. » Theodulfus autem gratias vult esse scholas ejusmodi, summa cum charitate conjunctas (*epist. ad cler.*, c. 20): « Cum ergo eos docent, nihil pro hac re ab eis pretii exigant, nec aliquid ab eis accipiant, excepto quod eis parentes charitatis studio sua eis voluntate obtulerint. »

(c) *Et ut semper eucharistiam presbyter habeat.*

Quanto studio curatum sit ut nemo Christianus, quantumlibet antea legitime abstentus, absque viatico moreretur, et canones innumeri docent, et Hincmarus in concilio nostro solemriter repræsentat. Eoque processit Africanorum fidelium simplicitas, ut etiam mortuos eucharistia donarent. Quod concilio Carthaginensi vetatur (can. 5). » Item placuit ut corporibus defunctorum eucharistia non detur. Dicitur enim a Domino: Accipite et edite. Cadavera autem nec accipere possunt, nec edere. » Et quoniam in Græca ejus canonis translatione dicitur ἵνα τοῖς σώμασι τελευτώντων εὐχαριστία μὴ δόθῃ, quæ vox *morientes* significat, monet Balsamo (*in hunc can.* v.), illa τοὺς ἤδη τελευτήσαντας, οὐχὶ τὰ ἴσχατα πνέοντες intelligit oportere. Ob eam rem jubet Hincmarus (*Capit. an.* 842.) parochum interrogari, « si habeat pixidem ubi congrue possit recondi sacra oblatio reservanda ad viaticum infirmis. » Addit quoque loco eodem, quod votandum est, ut « ipse presbyter infirmos communicet per se, et non per quemlibet; nec tradat communionem cuiquam laico, ad deferendum in domum suam causa cujuslibet infirmi. » Qua lege opus non esset, si contra vulgo non peccaretur. Quod tamen in vetere usu Ecclesiæ usurpari semper non potuit. Serapion enim ille senex Alexandrinis apud Eusebium (*Hist. eccl.* VI, 36), imminente morte postulavit quidem sibi sacram eucharistiam ab aliquo e presbyteris deferri, sed oblatam accepit a puero.

Quod autem non tantum infirmis, sed etiam parvulis ægrotantibus vult porrigi eucharistiam, ad opinionem S. Augustini videtur accedere (*de Peccat. merit. et remiss.* c. 4), non minorem in eucharistia, quam in baptisate necessitatem fidelibus omnibus ad salutem consequendam collocantis; quam existimat magnus doctor ex apostolica traditione ecclesiis insitam esse. Immo communiter in Galliis receptam fuisse tum temporis docet capitulare Caroli Magni (l. I, c. 161), unde sumpsit Walterius, jubens: « Ut presbyter semper habeat eucharistiam paratam, ut quando quis infirmaverit, aut parvulus infirmus fuerit, statim eum communicet, ne sine communionem moriatur. » Quod universalis Ecclesia

firmatus fuerit, aut parvulus ægrotaverit, statim eum communicet, ne sine viatico moriatur.

CAP. VIII. — *De hospitalitate exercenda.*

(*Ibid.*, l. v, c. 221; Theod.; *epist. ad cler.*, c. 25.) Ut hospitalitatem in invicem, et in omnes alacriter exercent: quia ipse Dominus dicturus erit in remuneratione magni diei, *Hospes eram, et collegistis me* (*Matth.* xxv). Apostolus inquit hospitalitatem laudans, *Per hanc quidam placuerunt Deo, angelis hospitio susceptis* (*Hebr.* xiii). Quod si quis presbyter pro paupertate hospitalitatem dicit vian-
tibus exhibere non posse, saltem in domo sua eum libenter recipiat, salvamentum, focum, aquam, stramen ad lectum ei præstet, et ad emendum quæ ei necessaria sunt, ei quærere adjuvet. Nam ipsa Veritas per se loquens, ait: *Si quis dederit calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam* (*Matth.* x)

CAP. IX. — *Ut presbyteri dotem habeant.*

Ut presbyteri qui necdum dotem, juxta quod in capitularibus domini ac senioris nostri, Caroli videlicet gloriosissimi regis, nec non et avi, et patris illius capitulo octogesimo quinto continetur, ad suas ecclesias consecuti sunt, ad nos referant; et divino adjutorio nostroque consilio a senioribus suis impetrent: et si aliquid amplius habuerint, debitum servitium suis senioribus impendant.

CAP. X. — *De curis sæcularibus vitandis, et usura.*

(*Capit. Car. M.*, l. II, c. 37; l. v, c. 107, 112; l. I, c. 125 et 130.) Ut presbyteri sive diaconi fidei jussionibus, et venationibus non deserviant, neque conductores existant, nec usuras exercent, aut fieri permittant. Usura etenim est ubi amplius

LUDOVICI CELLOTII NOTÆ.

nunquam recepit, licet infantem puellam Carthagine Christi corpori et sanguini participasse narret sanctus Cyprianus libro de Lapsis, referatque Augustinus, absque nota novitatis (*epist.* 23).

(a) *Ut plebibus suis denuntient.* Idem præcipere videtur quod Herardus Turonensis (*Capit.* 22.): *Ut Christiani a verbo otioso, et a juramentis se caveant.* Ne temere jurent, ne cum perjurio. Quod tam frequenter inculcat Chrysostomus homiliis suis ad populum Antiochenum, neque tacet capitulare Caroli Magni (l. vi, c. 2; l. III, c. 8, 10), cum auctoritate sacræ Scripturæ vetat *assumi nomen Domini Dei in vanum*. Sunt et in eodem capitulari alia juramenta vetita, hominibus videlicet, præterquam regi, et, ut vocant, senioribus. « De juramento, ut nulli alteri per sacramentum fidelitas promittatur, nisi nobis, et unicuique proprio seniori ad nostram utilitatem, et sui senioris: exceptis his sacramentis, quæ juste secundum legem alteri ab altero debentur. » Subjiciuntur paulo post alia juramenta, quæ a testibus fiunt in judicio, quod capitulum refert Isaac Lingonensis (*tit.* 8, c. 2), in quo vetatur omnino quemquam *nisi jejunum ad juramentum, vel ad testimonium admitti*. Idem jubet Herardus (*Capit.* 12): *Ut testes jejuni jurent, ac prius de perjurio moneantur*. Imo et judices ipsos lex jubet esse jejunos: *Nec placitum comes habeat*, inquit capitulare (l. III, c. 38), *nisi jejunus*. Theodulfus postquam perjurii scelus graviter amplificavit (*epist. ad cler.*, c. 26, 27), reprehensio presbyteris qui illud « parvipenderent, et levem quodammodo perjuris pœnitentiam

requiritur quam datur. Verbi gratia, si dederis decem solidos, et amplius requisieris: vel si dederis modium vini, frumenti, et iterum super alium exegeris.

CAP. XI. — *De juramentis vitandis.*

(a) *Ut plebibus suis denuntient ne juramentis assuescant.*

CAP. XII. — *De vitandis excommunicatis et facinorosis.*

(*Ibid.*, l. III, c. 25, 42, etc.; Isaac., *tit.* 9; *conc. Nic.*, can. 5.) Ut nemo cum excommunicatis et prædonibus manifestis, sive raptoribus seu homicidis et sacrilegis communicet, nec missam cantet, nec Ave in via eis dicat: sepulturam non præbeat, nec ullo modo, nisi corrigendi causa cum eis loquatur. Et omnibus in suis parochiis morantibus diebus Dominicis ad missam pronuntient, ne talibus se conjungant. Si quis aliter fecerit, sciat se damnatum, nisi pœnitentia interveniente, ab omnibus conciliis canonice institutis: nec non et a trecentis decem et octo pontificibus in Nicæna synodo Spiritu sancto præordinante congregatis. Nam et de his Paulus, vas electionis, protestatur dicens: *Quia rapaces regnum Dei non possidebunt* (1 *Cor.* vi). Joannes quoque apostolus de hoc ipso loquitur: *Quia qui dixerit ei Ave, communicat operibus ejus malignis* (*Joan.* III). Scimus enim quia nulla pars Christo cum Belial: quia unusquisque cujus opera agit, ejus filius appellatur.

CAP. XIII. — *De observatione jejuniorum.*

(*Capit. Car. M.*, l. VII, c. 98, et l. VI, c. 183, 184.)

(b) *Ut jejunia a pastoribus injuncta diligenter*

tiæ modum imponerent: » admonet et a falso testimonio abstinendum, « scientes et hoc gravissimum scelus esse, quia summa ne dicam stultitia, sed nequitia est, pro cupiditate argenti et auri, aut vestimentorum, aut cujuslibet rei, aut quod celeberrime contingere solet, propter ebrietatem, in tam grave scelus corruere, ut aut septem annis in arcta ærumna sit, aut ab ecclesia repulsus. »

(b) *Ut jejunia a pastoribus injuncta.* Quæ sint illa, docet capitulare (l. VI, c. 183, 184), primum minora, videlicet « Quatuor temporum, hoc est mense Martio, Junio, Septembrio, et Decembrio. » Deinde majora, « ut legitima tria jejunia in anno agantur, id est quadraginta dies ante nativitatem Domini, et quadraginta ante Pascha, ubi decimas anni solvimus, et post Pentecosten quadraginta dies. Quamquam enim nonnulla ex his canonica priventur auctoritate, nobis tamen omnibus simul propter consuetudinem plebis, et parentum nostrorum, morem hunc observare, ut superius corprehensum est, convenit. » Præterea stata per hebdomadam adduntur: « Præter hæc autem legitima tempora jejuniorum, omni sexta feria propter passionem Domini jejunetur. Sed et Sabbati dies a plerisque, propter quod in eo Christus jacuit in sepulcro, jejunio consecratus habetur. » Ex his omnibus quid Ecclesia in usu suo retinuerit superfluum est dicere: sed omnino probrosum et a majorum nostrorum religione perquam alienum, pauca illa quæ supersunt, tantopere a Christianis negligi, et videntibus scientibusque pastoribus propalam violari.

observent, ne, quod absit, propter inobedientiam A culpabiles inveniantur.

CAP. XIV. — *De operibus misericordiae exercendis.*

(Theodulf. *epist. ad cler.*, c. 32.) Ut operibus misericordiae, hoc est eleemosynis et orationibus, subditos assuescere doceant : quoniam his duabus aliis propitiatio Dei obtinetur.

CAP. XV. — *De opere servili diebus Dominicis prohibendo.*

(*Capit. Car. M.*, l. I, c. 45; l. VI, c. 186; Theodulf. cit. c. 24; Herard., c. 2.) Ut mercata diebus Dominicis, aut carrigationes fieri permittant : sed a vespera usque ad vesperam resurrectio Domini honoretur.

LUDOVICI CELLOTII NOTÆ.

Quomodo autem sint observanda, vel potius tum temporis fuerint observata, in cibis, et in esu tempore, narrat Theodulfus, distinguendo jejunia quæ vidimus ex traditione per Ecclesiam imperata, ab iis quæ moribus publicis inducta, magis pendent a voluntate singulorum (Theodulf. *epist. ad cler.*, c. 57). « Quadragesima, » inquit, « cum summa observatione custodiri debet, et jejunium in ea nullatenus resolvatur, quia ipsi dies decimæ sunt anni nostri. Alio tempore solet jejunium charitatis causa dissolvi : isto vero nullatenus debet : quia in alio jejunare, præceptum Dei transcendere est. » Vocat autem non jejunare, ante vespertinum officium cibum solvere. Sic enim inferius (c. 39) : « Solent plures qui se jejunare putant, mox ut signum audiunt ad nonam, manducare. Qui nullatenus jejunare credendi sunt, si ante manducaverint antequam vespertinum celebretur officium. » In eo comestionis tempore majus jejunii momentum ponit, quam in cibis ipsis (c. 38, 39, 40) : « Qui ovis, caseo, piscibus et vino abstinere potest, magnæ virtutis est : qui autem his aut infirmitate interveniente, aut quolibet opere, abstinere non potest, utatur : tantum et jejunium usque ad vesperum solemniter celebret ; et vinum non ad ebrietatem, sed ad refectionem corporis sui sumat. » Itaque « concurrentum est ad missas, et auditis missarum solemnibus, sive vespertinis officiis, largitis eleemosynis ad cibum accedendum est. » Facienda eleemosyna ex cibo et potu « quo quisque uti debuit si non jejunaret : quia jejunare et cibos prandii ad cœnam reservare, non mercedis, sed ciborum est incrementum. » Et hæc univ-
erse de junio.

Ibid., c. 36, 41, 42, 43). De quadragesima, quod sanctissimum est Christianæ abstinentiæ tempus, hæc præcipit quæ referre non tantum ad imitationem, sed etiam ad novantium quorundam revincendos errores conducit : « Hebdomada una ante initium quadragesimæ, confessiones sacerdotibus dandæ sunt, pœnitentia accipienda, discordantes reconciliandi, et omnia jurgia sedanda, et dimittere debent debita invicem de codibus suis. » Qualis autem ea pœnitentia est ? an ea quæ a sacro altari removeat, et abstinentiam a sacra communione imperet ? « Singulis diebus Dominicis in quadragesima, præter hos qui excommunicati sunt, sacramenta corporis et sanguinis Christi sumenda sunt, et in Cœna Domini, et in Parasceve, in vigilia Paschæ, et in die resurrectionis Domini penitus ab omnibus communicandum. » Eo tempore cessare debent lites omnes et contentiones. « Arguit enim eos qui contentiones et lites quadragesimæ tempore exercent, et qui debita a debitoribus exigunt, Dominus per prophetam, dicens : *Ecce in diebus jejunii vestri (Isa. II), etc.* » Illis etiam sacratissimis diebus « absti-

CAP. XVI. — *De tabernis et scurrilitatibus fugiendis,*
(*Capit. Car. M.*, l. I, c. 14, ex conc. Laodic. can. 24, et Carth. III, can. 27.)

Ut presbyteri, vel reliqui ordinis ecclesiastici in tabernis non bibant, nec scurrilitatibus cachinum moventibus consuescant : scientes quod de omni verbo otioso rationem reddent, hi maxime quorum sermo omni tempore sale debet esse conditus : ut verbo et opere exemplo sint, et forma cunctis cernentibus, præsentique gratiam audientibus.

CAP. XVII. — *Quomodo in consortiis et conviviis gerere se debeant.*

(Hincm., *Capit. an.* 852, c. 14; Herard., c. 108.)

Ut quando ad conventum, quod ipsi consortia ap-

B nendum est a conjugibus, et caste et pie vivendum : ut sanctificato corde et corpore, isti sancti dies transigantur. Quia pene nihil valet jejunium quod conjugali opere polluitur, et quod orationes, vigiliæ, et eleemosynæ non commendant. » Hæc ex uno Theodulfo ad nostram utilitatem descripsimus, quorum pleraque per capitulare sparsa sunt.

(a) *Ut quando ad conventum.* Nonnulla hic breviter perstringenda. Privatum est, quod de tabernis non adeundis edicit, post infinitos et canones, et ejus vitii censors. Publicum, quod in conventibus presbyterorum et confratriis desiderat hoc loco. Consortia vocantur, quia virorum consortium, et eadem vitæ officiique conditione parium congregationes sunt. Gildonias pro iisdem habet Hincmarus, « ut de collectis quas Gildonias, et confratrias vulgo vocant, » quæ fiunt collata a singulis pecunia et symbola. Hæc convivia canon Laodicensis vetat tam a laicis quam a clericis celebrari (*Conc. Laod. cap. 55*), « οὐδὲ λαϊκοῦς, ἐβριεῖταις, ἐπιτελεῖν, ἀλλ' οὐδὲ κληρικῶν, ἐβριεῖταις, ἐπιτελεῖν, ἀλλ' οὐδὲ λαϊκοῦς, ebrietatis metu, quam consequuntur petulantia et insolentia, inquit Balsamo. Malunt Latini agapes illas permittere. Sed quia secundum Cassiodori dictum (l. VII, ep. 3), « inter consortes assolet indisciplina nasci, » eam ob rem legibus quibusdam regendi et constringendi sunt. Eas decernit Nannetense concilium in calcem tomi III Conciliorum Galliæ conjectum (*Conc. Nannet.*, c. 15) ex quo sine dubio et Hincmarus, et noster Walterius hauserunt. Spectantque omnes ad temperantiam, modestiamque sacratis hominibus dignam commendandam. « Pastos, pastillos et comessationes » in illis multum improbat Hincmarus (*Capit. ann.* 852, c. 14, 15, 16), « quia inhonestum est et onerosum. » Vetat invitare se poculis, « et precari in amore sanctorum ; vel ipsius animæ, bibere, aut alios ad bibendum cogere : quia in talibus comessationibus et potationibus, sicut irreligiosi faciunt, semper se immiscet diabolus. »

D Rusticas cantilenas, turpes ludos, saltatrices ab illis conviviis abesse jubet Walterius, primum ex veteris Ecclesiæ disciplina, clericos ab spectaculis quæ in conviviis nuptialibus exhibentur, removens canone Laodicensi (can. 54) ; sed « priusquam ingradientur thymelici surgere et secedere. » Quem revocat synodus in Trullo posteaquam ludos omnes curules, et scenicos spectari vetuit a clericis (*syn. in Trullo*, c. 24. Balsam. *ibi.*). Eum scribit Balsamo sic explicari a quibusdam, ut a minis et ludis scenicis abstinere omnino cogantur, non autem ab equestribus omni ex parte, cum eorum aliqui permissione ecclesiastica fieri videantur. Sed eum tractatum concludit patriarcha memorabili sententia. Plures et longe religiosiores, quibus et ipse assentitur, distinctiones ejusmodi non ad-

pellant, veniunt, religiose equitent : juniores prioribus fratribus debitum honorem impendant. Si quando autem in cujuslibet anniversario ad prandium presbyteri invitantur, cum omni pudicitia et sobrietate a procaci loquacitate et rusticis cantilenis caveant. Nec saltatrices in modum filiae Herodiadis coram se turpes facere ludos permittant. Sed in unum convenientes, sicut reliquos cibi et potus ministros, ita lectorem sanctae aedificationis constituent : quatenus sacerdotalem reverentiam laudabili maturitate exhibeant, et in eorum sanctis

LUDOVICI CELLOTII NOTÆ.

mittere, cum dicant *ὀφείλειν τοὺς κανόνας πρὸς τὸ φυγαπελέστερον ἐρμηνεύεσθαι, οὐ μὲν πρὸς τὸ ἐκκέχυμενον αἰὰ διάφορον.* « Dehere canones juxta id quod magis animæ conducit, non autem secundum id quod dissolutius et indifferens est exponi (*Capit. an. 852, c. 14.*) » Deinde ex nimia temporum illorum licentia hæc omnia prohibentur a piis episcopis, quæ fusius prosequitur Hincmarus. « Nec plausus et risus inconditos, et fabulas inanes ibi referre, aut cantare præsumat : nec turpia joca cum urso, vel tornatricibus ante se facere permittat : nec larvas dæmonum, quas vulgo talamascas discunt ibi anteferre consentiat, quia hoc diabolicum et a sacris canonibus prohibitum. »

Ei malo medebuntur qui ex illorum consilio sacra lectione cibos condient. Quod cum Walterio nostro suadet Hincmarus eodem loco : « Aliquis de illorum clericis aliquid de sancta lectione legat. » Quod et placet Herardo, « ut presbyteri et clerici ante se joca turpia fieri non permittant, sed pauperes et indigentes ad mensas secum habeant, et legatur eis lectio. » Sic Augustinus « in ipsa mensa magis lectionem aut disputationem, quam epulationem potationemque diligebat; contra pestilentiam humanæ consuetudinis (*Possid. in Vita Aug. c. 22.*) » Sive pestilens illa consuetudo fuerit in ciborum lætitia, et edendi bibendique immoderata cupiditate : sive in convivialium sermonum pravitate et nequitia. « Ideo omnem convivam a superfluis et noxiis fabulis, et detractionibus sese abstinere debere admonerat. » Sed mos ille, ut et plerique alii apud ecclesiasticos viros olim usitati, modo septis religiosorum claustrorum continetur, neque in publicum prodire audet. Theodulfus, conventus istos ne nominat quidem, sed modestiam tamen et temperantiam a presbyteris exigit (*epist. ad cl., c. 13.*) « Neque cum feminis, aut cum quibuslibet impuris personis convivia exerceatis. Nisi forte paterfamilias quilibet vos ad domum suam invitaverit, et cum conjugue sua et prole velit vobiscum spiritali gaudio lætari, et verborum vestrorum refectionem accipere, et vobis refectionem carnalem charitatis officio exhibere. Oportet enim, ut si quando quilibet fidelium carnalibus vos reficit epulis, a vobis reficiatur epulis spiritualibus. »

(a) « *Ut celebres sanctorum fesivitates.* Festorum dierum quos publice celebrari necesse est, duos facit ordines; publicos, toti Ecclesiæ vel regno communes; et privatos, suæ dioceseos peculiare : priores habet a capitularibus regum, posteriores in usu Ecclesiæ Aurelianensis. Utrosque percurro. Diei Dominici nulla denuntiatio est, summa religio; quia cum sit ejus aperta cognitio, non docetur populus quando recurat, sed quomodo transigendus sit : quod capitulari Caroli Magni (*l. vi, c. 202,* et in Theodulfi epistola egregie traditur (*Theodulf., ep ad cler. c. 24.*) Videndus est et Barnabas Brissonius vir eruditissimus ad legem Dominicam.

(b) *Natalem Domini* diem, cum tribus sequentibus omnes denuntiari jubent, atque eis est unus ex tritus celeberrimis, quibus episcopus judices publicos

A moribus honorificetur Deus per Jesum Christum.

CAP. XVII. — *De sanctorum festivitibus indicendis et observandis.*

(*Capit. Car. M., l. 1, c. 164; l. II, c. 35; l. VI, c. 186.*) (a) Ut celebres sanctorum festivitates solemni cultu observent, et observandas suis plebibus antea cognitent. Hoc est, (b) natale Domini, B. Stephani, S. Joannis evangelistæ, Innocentium; octavas Domini, Epiphania, (c) nativitatem S. Mariæ, purificationem S. Mariæ, assumptionem S. Mariæ; (d) Sabbato sancto, (e) Paschæ dies VIII (f) litania ma-

monere debet (*Capit. Car. M. l. VI, c. 106.*) « ut quicumque miserrimi vinculis detinentur, relaxari debeant : et judex, si pastorem commonentem despexerit, quandiu loci illius episcopo visum fuerit, ab ecclesiæ liminibus arceatur. » Alii duo æque noti sunt Pascha et Pentecoste *Octavas Domini* quem diem nomine suo *circumcisionem Domini et Kal. Jan.* appellat uno loco capitulare (*Ibid. c. 186;* solemni cultu celebrant Christiani, ex quo postrata idololatria orbem totum occupavit Christi religio, cum antea jejuniis et silentio transigeretur, ut pluribus in Martyrologio docet Baronius (*ad Kal. Jan.*)

(c) *Nativitatem S. Mariæ.* Unus ex omnibus nominat noster Walterius. Nam ex silentio concilii Moguntini sub Carolo Magno, et capitularium inde eductorum, judicat Baronius ætate Caroli et Ludovici imperatorum eam festivitatem in Ecclesia Gallicana fuisse ignoratam (*in Martyrol. ad 8 Sept.*) Quod si diligentissimo rerum ecclesiasticarum investigatori credimus, huic certe auctori debemus primam ejus celebritatis apud Francos notitiam, ut ea laus Ecclesiæ Aurelianensis sit, quod sub Carolo Calvo, instituente Walterio episcopo inceptum in Galliis, unica diocesi primum contenta, quando neque Turonensis Herardus, neque Rhemensis Hincmarus, neque Isaac Lingonensis, neque Theodulfus et ipse Aurelianensis ejus meminerunt. Nominat quidem Ado Viennensis non uno loco, sed ut celebrem non jubet indici.

(d) *Sabbato sancto.* Ab aliorum quoque catalogis abesse video : nisi forte quando Capitulare jubet solemnitatem paschalem a vespera sabbati inchoari (*Capit. Car. M., l. VI, c. 187.*) : « Sicut vespascente sabbato sanctum Pascha celebratur. » Apud auctores ecclesiasticos celebrius est ejus diei jejunium, imo et tridui totius, quod paschalem festivitatem præcedit : fuitque apud Græcos usitatissimum. Sed in his non immoror.

(e) *Paschæ dies VIII.* Miror imprimis in Herardi catalogo reginam hanc Christianorum solemnitatum prætermitti : quod sola amanuensium incuria potuit evenisse. Hoc deinde annoto, apud plures octo dierum ferias adjungi magnæ dominicæ, quod Walterius exprimit. Et apertissime capitulare Caroli Magni (*l. I, c. 35.*) ubi legimus, « diem Dominicum paschæ cum omni honore et sobrietate venerari : simili modo totam hebdomadam illam observare decrevimus. » Quod ex antiquo jure, et lege Theodosii servatum voluit Carolus Magnus. Quid est ergo quod in eodem capitulari legimus (*Ibid. l. VI, c. 186.*) « In pascha Domini, usque in octavas paschæ, post Dominicam dies III? » An jubet integram paschæ hebdomadam feriari, ac præterea sequentis hebdomadæ dies tres Dominicæ in albis subditos? Minime gentium : sed hoc vult dies illos octo qui communi jure, ut diximus, olim festi erant, præsentis lege contrahi ad tres paschatis dominicæ vicinos. Quod etiamnum quibusdam in locis observatur. Et utique duos saltem admodum solemnes habemus.

Ita

(f) *Letania majore.* Quid Letaniæ nomine majores

jore; (a) ascensio Domini, (b) Pentecosten, S. Joannis Baptistæ, S. Petri, S. Pauli, S. Martini, S. Andreæ. (c) Nostrorum præterea patrum, quorum piis apud Dominum patrociniis vicinis juvamus, B. Evurtii de

LUDOVICI CELLOTII NOTÆ.

Ita pro temporum, pietatisque ratione, veteres leges aut antiquantur, aut constringuntur. Ea tamen dispensatio semel ubique recepta non est, quando in Herardo Turonensi legimus (*Capit. 97*), « de octo diebus paschæ quomodo feriari debeant. » Qua in re cum Aurelianensi nostro rite convenit.

nostri significarint, docet Moguntinum concilium sub Carolo Magno (c. 32): Litanie Græco nomine appellantur, quæ Latine dicuntur rogationes. Inter litanias autem et exomologeses hoc differt, quod exomologeses pro sola peccatorum confessione aguntur: litanie vero indicantur propter rogandum Deum, et impetrando in aliquo misericordiam ejus. Sed nunc jam utrumque vocabulum sub una designatione habetur, » cum et litania ad pœnitentiam agendam sit composita, ut mox videbimus.

In appellatione majoris plusculum difficultatis occurrit. Nam litaniam majorem Ordo Romanus (l. 1) nuncupat eam quæ auctore Gregorio Magno vii Kalendis Maii celebratur ad festum sancti Marci. Minorem vero illam quæ per triduum rogationum a Mamerto Viennensi episcopo instituta, « apud nos usque hodie pro diversis calamitatibus devotissime recolitur, » ut ait idem ordo. Non assentientibus nostris scriptoribus, qui priorem simpliciter Romanam nominant, et in Gallie usu agræ retentam subindicant: ut in Herardo videre est (*Capit. c. 94*): « De litania Romana vii Cal. Maii, ut rememoretur. » Ut videlicet ejus commemoratio fiat, quæ nisi studiose commendata, dilaberetur. Majorem autem litaniam non aliam habent, quam triduum rogationum: et manifeste hanc nominat capitulare Caroli Magni ex concilio Moguntino (c. 33): « Placuit nobis, ut litania major observanda sit a cunctis Christianis, diebus tribus (*Capit. Car. M., l. v, c. 85*). » Walafridus autem Strabo, utriusque, tum Romanæ, tum isti Gallicanæ majoris nomen attribuit (l. de Reb. eccles., c. 28).

Sed hoc leve et indifferens, modo debita religione servetur. Concilium Moguntinum citatum monet ut eam celebremus: « Sicut legendo reperimus, et sicut sancti Patres nostri instituerunt, non equitando, nec pretiosis vestibus induti, sed discalceati, cinere et cilitio induti, nisi infirmitas impedierit. » Videtur concilium ad Ordinem Romanum respectare (l. 1), a quo per id pœnitentiæ tempus omnia sæcularis lætitiæ signa prohibentur. « Nullus autem his diebus vestimenta pretiosa induatur: quia in sacco et cinere lugere debemus. Prohibeantur ebrietates et comestiones quæ fiunt in vulgari plebe. Nemo ibi equitare præsumat, sed discalceatis pedibus omnes incedant. Nequaquam mulierculæ ducant choros: dies enim abstinentiæ sunt, non lætitiæ. » Similia præcipit et Herardus (*Capit. 95*).

(a) *Ascensio Domini*. In capitulari scribitur (*Capit. Car. M. l. II, c. 35*): « Diem ascensionis Domini pleniter celebrare. » Fuerunt olim festi dies media tantum parte culti, ac post meridiem laboribus externis profanati: de quorum numero videtur fuisse dies ascensionis: quam pravam consuetudinem antiquare satagit Carolus imperator, et totum, atque integrum vult rite celebrari.

(b) *Pentecosten*. Nulla alia peculiari ratione Pentecostes celebritatem auget Walterius, quam tamen paschali æquandam constituunt alii, jubente Caroli capitulo (*Capit. Car. M. l. VI, c. 187*): « Ut annuntient presbyteri eodem modo, sicut vesperascente sabbato sanctum Paseha celebratur, et ipsum diem

A transitu, B. Aniani de transitu, B. Benedicti, B. Maximini, B. Lifardi similiter de transitu; de Inventione salutiferæ crucis, de Exaltatione ejusdem vivificæ crucis.

Pentecostes similiter celeberrimum habent, ut sanctum Paschæ, et jejunium, et missam, et baptismum. » Unde jejunii illius antiquitas apparet, quod adolescentibus nobis apud sæculares exoletum, revocata pietate, religiosorum maxime exemplo instauratum est, et nunc communiter viget in Ecclesia. Repugnabat nihilominus per ea tempora nonnullorum explicatio dicti evangelici: *Non possunt lugere filii sponsi quandiu cum illis sponsus est (Matth. IX)*: ad quam respexisse mihi videtur ordo Romanus (l. 1), cum in commendatione rogationum, notavit expresse, servari abstinentiam a carnibus, non autem jejunium.

Inter singularia autem sanctorum festa, omittit noster dedicationem sancti Michaelis, et natalem sancti Remigii, quæ quidem in aliis nominantur, quanquam non constanter. Ex adverso Herardus, et quidem omnium solus, festum sanctorum omnium adjicit, quod Ludovici Pii tempore a Gregorio IV pontifice maximo in Gallias illatum est, ut refert Ado Viennensis (*in Martyrolog. Kal. Nov.*): « Memento sanctæ recordationis Gregorio pontifice, piissimus Ludovicus imperator omnibus regni et imperii sui episcopis consentientibus, statuit ut solemniter festivitas omnium sanctorum in prædicta die annuatim perpetuo ageretur. »

(c) *Nostrorum præterea patrum*. Sequuntur peculiare dioceseos Aurelianensis festivitates, episcoporum qui præcipua sanctitate, et pastoralis sollicitudine illam ecclesiam illustrarunt: vultque illas in transitu, sive in obitu illorum constitui, non autem in translatione: cujus rei causas expendere necessarium non videtur. Hic autem mirum mihi accidit, inter eximios illos antistites, omitti Aurelianensium apostolum; et nobilis ecclesiæ fundatorem Altinum, ne sua quidem in ecclesia, martyrem scilicet et apostolicorum virorum discipulum nominari, et ab Evurtio sive Evortio commemorationis ejusmodi duci exordium: longe autem Altino inferior fuit Evortius, et medios habuit præcessores non celeberrimos. Isti debet urbs clarissima templi sanctæ crucis structuram, eoque celebrante dedicationem, emissa e nubibus Christi Domini manu, et figuram crucis ter deformante, ut referunt historici Aurelianenses (card. Sauss., *Annal. eccl. Aurel. l. II; Herard, capit. 61; Capit. Car. M. l. II, c. 39*).

Respondet autem hæc additio, illi conclusioni Turonensis Herardi: « Et eorum quorum corpora et debite venerationes in locis singulis peraguntur. » Quæ expressior est in Capitulari, « et illas festivitates martyrum vel confessorum, observare decrevimus, quorum in unaquaque parochia sancta corpora requiescunt. » Nam cum regum nostrorum pietas multis sanctorum pignoribus Galliam universam locupletaverit, æquum esse censuerunt, eos illic venerari, quo transire dignati sunt. Neque aliam ob causam sancti Benedicti festum hic memoratur, nisi quia ejus corpus per translationem in Floriacensi monasterio in diocesi Aurelianensi conditum est, ut narrat et probat Carolus Sausseus in Analibus ecclesiasticis Aurelianensibus (*lib. IV, Marculph. form. solemn. 33*). Hinc est quod apud Marculphum in formulis, Tractoria monachis aut clericis peregrinantibus concessa, sic præfert: « Ego in Dei nomine, episcopus, vel abba de civitate illa, vel de monasterio illo, ubi pretiosus martyr, sive confessor Christi humanitus corpore requiescit. »

CAP. XIX. — *Quod convenientes ad synodum litigare non debeant.*

(*Conc. Nic. can. Arab. 7; Antioch., can. 20.*) Ut quando ad synodum bis in anno, sicut sacri canones imprævaricabiliter docent, convocantur, sæculares querelas et altercationes debitorum ita coram prioribus fratribus, aut coram archidiaconibus suis sopitas et rationabiliter diffinitas habeant: quatenus tunc non litigia, aut quasi forenses querimonie accusantium et defendentium actitentur: sed solummodo quæ ad sacrum ministerium pertinent eo tempore tractentur, ut aut discamus aliquid, aut doceamus in alterutrum.

CVP. XX. — *De ritibus sacramentorum, et gradibus ecclesiasticis memoriter discendis, et coram episcopo recitandis.*

Ut singuli sacerdotum sacramenta quæ circa initiandum baptisate Christianum agenda sunt, et quæ ad visitandum et reconciliandum infirmum pertinent: et quæ defunctorum exsequiis impendenda sunt, et canones (a) memoriter coram nobis recitare

LUDOVICI CELLOTHI NOTÆ.

(a) *Memoriter coram nobis recitare et exponere valeant.* Duo a presbyteris exigunt: alterum ut necessaria quælibet ad rite conferendum sacramenta memoriter ediscant, et in specimen memorie, coram episcopo recitent. Idem Hincmarus (*Capit. an. 852, c. 3, 4*), sed apud episcopum recitandi necessitatem non imponit: « Distincte et rationabiliter memorie commendat. » Item mox: « Orationes quoque eidem necessitati competentes memoriter discat. » Alterum, ut has cærimonias aperte et ad popularem captum dilucide interpretentur, et explicant, ejusque rei specimen coram episcopo exhibeant. Theodulphus autem Aurelianensis, quasi hæc omnia omnibus parata esse existimet, alia quædam a convenientibus postulat, et ipsa suo illorumque gradui valde congruentia (*epist. ad cler., c. 28*): « Cum vero Domino opitulante ad synodum in unum convenerimus, sciat nobis unusquisque dicere, quantum Domino adjuvante laboraverit, aut quem fructum acquisierit. Et si quis forte nostro indiget adiutorio, nos cum charitate admoneat, et nos cum charitate nihilominus ei pro viribus adiutorium ferre non differemus. » Herardus quoque præclarum synodi ordinem constituit in causis primum Ecclesie toti communibus, ac deinde privatis, quæ personales esse solent, examinandis (*Capit. 4*): « Ut in synodo primum generales causæ, quæ ad normam totius Ecclesie pertinent, finiantur: postea speciales ventilentur. » Felicia tempora quibus illi tractatus materiam synodorum cum charitate faciebant.

(b) *Ut omnes presbyteri calculandi peritiam.* Dicitur vix potest quanta cum sollicitudine curatum sit per ea tempora, ut presbyteri notum haberent computum ecclesiasticum, pene non minus quam orationem Dominicam, et symbolum apostolicum. Unde strictum capitularis imperium (*Capit. Car. M., l. vi, c. 228*). « De computo, ut veraciter discant omnes. » Breviter et Herardus (*Capit. 125*): « Ut presbyteri computum discant. » Quod non omittit Hincmarus (*Capit. an. 852, c. 8*): « Computo etiam necessario, et cantu per anni circulum plenissime instruat. » Hinc laudata illa computi peritia in Beda, in Rabano Mauro, aliisque, quæ magnam scientiæ partem eo sæculo facere visa est.

(c) *Sacros prætereo canones.* Non omnes profecto canones Ecclesie in memoriam cogentur mittere pa-

et exponere valeant. Gradus quoque ecclesiasticos similiter memorie commendatos habeant. Et unde unicuique gradui in Veteri Testamento origo fuerit, et quomodo Novum in idipsum concordet: et quemadmodum Salvator eosdem gradus in se compleverit, sano intellectu, noverint explanare.

CAP. XXI. — *Ut alumnos non nisi dignos ad gradus offerant.*

Ut quouscunque presbyteri de suis alumnis in quolibet gradu promovendos obtulerint, sicut probabilis illorum vitæ testes idonei esse debent, ita in suprascriptorum tenore sacramentorum et graduum edoctos exhibeant, quatenus et memoriter ea tenere, et intellectuose sciant explanare.

CAP. XXII. — *De computo discendo.*

(*Capit. Car. M., l. vi, c. 226.*) (b) Ut omnes presbyteri calculandi peritiam habent, et suos in idipsum studiose erudiant.

CAP. XXIII. — *Ut canones non ignorent.*

(*Ibid., l. i, c. 55.*) (c) Sacros præterea canones

rochi, sed ad bene perfecteque regendum commissam plebem necessarios, ut opifici cuilibet nota esse debent suæ artis instrumenta. Sic explicandum est, quod in capitulari (*Capit. Car. M., l. i, c. 55*), episcopis et sacerdotibus edicitur, ex Innocentii primi decretalibus, « ut nulli sacerdoti liceat ignorare sanctorum canonum instituta. » Quamobrem periti antistites, ut labori sumptuique suorum parcerent, ex infinita canonum segete, manipulos quosdam collegerunt, qui memorie commendati sufficerent. Capitulare quidem plenum est iis conciliorum et pontificum Romanorum decretis, quæ in usum præcipue ex omnibus revocata voluerunt imperatores Christianissimi. Sic Herardus Turonensis (*præfat.*): « Quoniam auctoritas sacra canonum, nulli sacerdotum canones ignorare permittit, decrevimus, inquit, pariterque injunximus, excepta per nostri laboris studium, hæc modica succinctaque capitula unumquemque habere in posterum. » Sic in civitate Rhemensi, « inter cætera monita saluberrima, dum de legibus atque rebus ecclesiasticis ab Hincmaro præsule tractaretur (*Capit. ar. 852*), hæc in ultimo prolata sunt, memoria commendanda et summo opere observanda. » Isaac Lingonensis, exemplo Bonifacii Moguntini excitatum se dicit, ad epitomen canonum suorum concinnandam. Suos quoque Theodulphus obsadrat (*epist. ad cler. præfat. Hincm. cit. c. 8*), « ut hæc capitula quæ ad emendationem vitæ breviter digessit, assidue legant, et memorie commendent. »

Jubet Hincmarus præterea presbyterum quemque « studiose legere et intelligere homilias quadraginta Gregorii, ut et cognoscat ad formam septuaginta duorum discipulorum, in ministerio ecclesiastico esse promotum, sermonem prædicti doctoris de septuaginta duobus discipulis a Domino ad prædicandum missis plenissime discat, et memorie tradat. » Neque liberi sunt ab illa cura episcopi, si consilium salubre audiunt synodi Turonensis III, sub Carolo Magno (*c. 3*): « Nulli episcopo liceat canones, aut librum pastorem a B. Gregorio papa editum, si fieri potest, ignorare: in quibus se debet unusquisque quasi in quodam speculo, assidue considerare. » O tempus! o mores quibus in sacerdotum concessibus hæc sancta querebantur!

nulli sacerdotum ignorare permittitur, nec quidquam facere quod Patrum regulis possit esse contrarium.

CAP. XXIV. — *Ut contra canones nihil agatur.*

Ut nullus contra canonum statuta quidquam agere permittatur: quoniam sicut in decretalibus Zosimi papæ, capitulo habetur secundo (*epist. 4*): *Si quis*

interdicta despexerit, gradus sui periculo subiacet.

Itaque, beatissimi Patres, et charissimi filii, in omnibus vigilanter, auxiliante divina gratia, cavete ne per istorum seriem capitulorum aliquam reprehensionis noxam incurratis, qua interdicti laqueo, quod absit, impediimini.

ANNO DOMINI DCCCLXVII.

ROTHADUS II

SUESSIONENSIS EPISCOPUS

NOTITIA HISTORICA IN ROTHADUM.

(Ex Gallia Christiana, tom. IX.)

ROTHADUS II ordinatus fuit episcopus anno Christi 822 vel sequenti, triginta videlicet annis ante depositionem; quod patet ex epistola 27 Nicolai summi pontificis: successit igitur Rhotado hujus nominis primo, non Absaloni, vel Berthario, qui nec suo loco, imo in melioris notæ catalogis recensentur. Regebat is Ecclesiam Suessionensem, cum S. Sebastiani martyris reliquiæ Roma allatæ anno 815 ad Hilduino abbate in templo B. Medardi collocatæ sunt. Cæterum cum Rothado et Hincmaro Rhemensi metropolitano graves intercessere inimicitia; de cujus gestis plura apud Sirmondum tomo III Conciliorum. Interfuit synodo Belvacensi anno 845, Parisiensi 846, Carisiacensi 848, Turonensi iv, 849, Suessionensi ii, 853, Vermeriensi ii, eodem anno, apud Saponarias 859, Tuciacensi denique subscripsit anno 860. At congregato concilio Silvanectensi anno 863 coram plurimis episcopis, præsertim Hincmaro, qui in Rothadum vetere odio infensus erat, propterea quod presbyterum quemdam in stupro deprehensum immerito, ut arguebat, deposuerat, Rothadus ipse damnatus et ejectus fuit ab episcopatu; cumque Romanam sedem confestim appellasset contra canonicas regulas, alio in ejus locum subrogato in monasterium detruditur, prohibitus ab eodem Hincmaro variis artibus ne Romam pergeret. Idem præsul, vir venerandæ senectutis, officium episcopale semper laudabiliter exercuerat, quod testatur Nicolaus pontifex verbis hujusmodi, *epist. 29 ad Hincmarum.* « Multorum dolentium auditu veraci cognovimus quod Rothadus frater et coepiscopus noster Ecclesiæ Suessionicæ, pro quodam presbytero, qui pro facti sui qualitate honoris proprii ante triennium fuerat privatus officio, a vestra sanctitate fuit impetitus, et adhuc, quod nefas est, sedem apostolicam appellans, juxta quod sibi a Patribus constat esse permissum episcopatus etiam absens exspoliatus honore, et in exsilium deportatus, hactenus in monasterio retrusus existat. Unde gemimus, valdeque dolemus. Namque cum debuerat honoribus pro sua senectute multiplicibus ampliari, et pro tot laboribus ac obsequiis in Ecclesia Dei, pariter et principibus mundi, fideliter ac utiliter impensis, majori dignitate frui, et jam tandem sine cujusquam impulsione quietus existere: nunc econtra debonestatus, et ad injuriam B. Petri apostolorum principis, cujus sedem appellaverat, fame et siti, ac innumeris maceratus miseriis ac depositus pariter et abjectus existit:

B hoc autem expresse decernimus ut, post triginta dies postquam hæc nostra epistola ad vos delata fuerit, præfatum Rothadum omnino restituatis pristinae dignitati. » Porro synodi Silvanectensis præsulibus etiam rescripsit Nicolaus, ejus acta adversus Rothadum auctoritate apostolica rescindendo, de cujus calamitate sic loquens ep. 33: « Cognoscat, inquit, experientia tua, frater charissime, de tuis tribulationibus multum apostolatam nostrum doluisse, imo dolere; sed credimus Dei misericordiam tibi proxime adfuturam, quæ te et sicut Danielem educat de lacu leonum: nunc autem metropolitani, et cæteri episcopi qui circa te sententiam protulerunt, nobis multa sub gestorum serie de te, vel contra te intimaverunt; sed nos præcepimus eis ut te de monasterio educerent, et tecum venientes honorifice præsentarent: unde, frater charissime, stude, quantum potes, ut cum tibi rex et episcopi quemadmodum statuimus, licentiam dederint Romam properandi, mox utcumque venire non differas. » Hincmarus igitur cum cæteris episcopis qui Sylvanectensi concilio adfuerant, et Rothadum, in monasterium detrusum, injusto judicio episcopatu suo amoverant, Nicolai pontificis monitis ac jussu excitati, tandem obtemperantes ipsum Rothadum vinculis solverunt: hinc Nicolaus varias epistolas legitur eam ob rem scripsisse ad Carolum regem, Hincmarum, Ecclesiam Suessionensem, et alios: ipse autem sic loquitur ep. 34, ad sanctissimum Rothadum: « Sciat sanctitas tua quoniam misimus increpatorium epistolam pro te, Hincmaro, sanctæ Rhemorum Ecclesiæ venerabili archiepiscopo, eo quod post appellationem ad sedem apostolicam, in te depositionis intulerit sententiam: nunc autem venit Liudo religiosus diaconus, secum epistolas regis (Caroli) et Hincmari ferens, quæ te jussu ipsius regis de monasteriali custodia eductum, et cuidam episcopo familiari tuo commendatum esse fatebantur. » Rothadus ergo Romam pergens, in concilio Romano per pontificem restitutus est xii Kal. Febr., anno 865. Rem gestam prosequitur Anastasius Bibliothecarius in Vita Nicolai, cujus verba operæ pretium est adducere: « Hincmarus, Rhemorum archiepiscopus, Rothadum Suessionicæ urbis episcopum, sedis apostolicæ judicium appellantem, contra Sardicensis concilii regulas deposuit, custodiaque arcta servari præcepit. Cujus videlicet depositi ter beatissimus papa libellos cum innocentia suscepisset, ad